Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



368

& nesciunt / agnum occidunt azima comedunt pasch a nostrum immolatus
·ē· xp̄s; Ecce agnos co agnum occisum / quia immolatus ·ē· xp̄s / quid de
azimis / itaq: inquid diem festum celebremus. Non in fermento uetere
neq: in fermento malitiae & malignitatis ostendit quid sit uetus, uetus
farina ·ē· tacuit sed in azimis sinceritatis & ueritatis. in umbra remanserunt / solem gloriae ferre non possunt. Iam nos in luce sumus. tenemus
corpus xp̄i. tenemus sanguinem xp̄i. si habemus nouam uitam;
Cantemus canticum nouum. rm num dō nr̄o; Holocausta pro delicto
non petisti tunc dixi ecce uenio; In capite libri scriptum ·ē· de me ut
faciam uoluntatem tuam d̄s meus uolui / & legem tuam in medio cordis mei;
Ecce ad membra respexit. ecce ipse fecit uoluntatem patris. sed in quo capite
libri scriptum ·ē· de illo fortasse. in capite libri huius psalmorum. quid
enim longe petamus aut alios libros. inquiramus. ecce in capite huius libri
psalmorum scriptum ·ē·; Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum
& in uia peccatorum non stetit & in cathedra pestilentiarum non sedit;
Sed in lege dn̄i fuit uoluntas eius / hoc ·ē· d̄s meus uolui & legem tuam in medio cordis mei; hoc ·ē· & in lege eius meditabitur die ac nocte;
Bene nuntiauit iustitiam in ecclesia magna / alloquitur membra sua hortatur
quod fecit ut faciant / annunciauit annunciemus / passus ·ē· compatiamur;
Glorificatus ·ē· conglorificabimur. annunciauit iustitiam in ecclesia
magna toto orbe terrarum / quam magna in omnibus gentibus / quare
in omnibus gentibus / quia semen ·ē· abrahae / in quo benedicentur omnes
gentes / quare in omnibus gentibus / quia in omnem terram exiuit sonus
eorum. in ecclesia magna. ecce labia mea non prohibebo dn̄e tu cognouisti;
Labia mea non prohibebo. tu cognouisti / labia mea loquuntur non ea phibeo
loqui sonant quidem labia mea ad aures hominum. sed tu cognouisti cor
meum / labia mea non prohibebo dn̄e tu cognouisti; Aliud audit homo /
aliud cognoscit d̄s. nein labis solis ēē. annuntiatio / & dicetur de nobis /
quae dicunt fiat quae autem faciunt facere nolite; Aut ipsi populo laudantidm̄ ore non corde dicetur. populus hic labis me honorat. cor autem
eorum longe ·ē· a me / sana labis / propinqua corde / corde enim creditur
ad iustitiam. ore confessio fit ad salutem; Qualis ille latro inuentus
·ē· pendens in cruce cum dn̄o. Agnoscens in cruce dn̄m; Alii non ag
nouerunt miracula facientem / agnouit ille in ligno pendentem;
Et ut ille confixus omnib; membris / manus clauis inhaerebant pedes